



**R.P. Thomæ Młodzianowski, Poloni, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Deo, Angelis Et Actibus Humanis

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae, 1682

Punctum Diff. 1. Proponitur primum fundamentum contra
prædeterminationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82949](#)

Tractatus II.

adstringatque ut agat? qua motio sit ejus natura, ut eam habere, vel non habere non sit proximè in potestate creaturæ; & tamen illa posita, non possit non sequi actio. Fundamenta hujus sententia in frā adferunt, sed origo illius hæc est. Cum nollent Prædicatores agnoscere scientiam in Deo, per quam effectus liberos conditionate futuros cognosceret Deus in sola illorum præsentialitate ad æternitatem, seu in suppositione illorum ad se, quæ fundetur in voluntate Dei indifferenti ad utramque partem, ut videlicet fiat, vel non fiat effectus: Ex altera autem parte erat necessæ salvare efficaciam gratie in actu primo, ostendereque fundamentum, cur antequam gratia operetur, infallibiliter sit operatura; invenerunt ad hæc salvanda prædeterminationem physicam, in qua & futura conditionata dicunt cognosci, & vi cuius solius, scit Deus exhibitionem consensus, infallibiliter sequuturi, per voluntatem.

PRÆMITTO 5. Immerito dicere Dolam Capitulum in sua quadripartita disputatione, quod si negetur Deum immediate concurrere cum creaturis, quod inquam præcidenda sit radix omnium disputationum inter Thomistæ & Nostræ: ponamus hoc Antecedens, Deus non concurrit immediate cum creaturis, ergo non datur ex parte Dei auxilium de se efficax, & prædeterminationem: negabunt consequentiam Thomistæ, & quidem ad mentem ipsius Dolæ, qui licet non agnoscat Deum immediate concurrere cum creaturis; per hoc tamen non negat quod Deus conferat auxilia supernatura, viresque agentiæ, quæ vires in sententia Thomistarum petunt prædeterminationem. Rursus eodem concepsio Antecedente, si inferatur consequens; Ergo Deus potest cognoscere futura conditionata præcipue libera, & non in decreto prædeterminante; negabunt consequentiam Thomistæ; in quibus duobus punctis, stat cardo doctrinæ illorum. In Nostris etiam principiis concessio Antecedente assumpto à Dolâ, negabitur hæc in primis consequentia, ergon poterunt operari creaturæ cum gratia de se indifferenti; itemque hæc alia; Ergo non possunt cognosci futura conditionata libera in suppositione sui ad se. Ex quo apparet, concepsio quod Deus immediate non concurrat cum creaturis, adhuc manere totam radicem difficultatis, Thomistas inter & Nostras.

Difficultas I.

Quid sentendum de physica Prædeterminatione?

DICTIONEM est i. Physicam prædeterminationem non esse impossibilem ab soluto loquendo.

PROBATUR. Quia non implicat contradictionem.

CONFIRMATORIUM. Duplices sunt Causæ, Necessariæ, & Liberæ: possibilis est respectu causarum secundarum necessariarum prædeterminationis; quia quamvis ex se essent sufficientes & determinantes ad agendum; non implicat novo titulo illas determinari, ut reddantur necessariæ, duplixi titulo. Respectu etiam causarum liberarum possibilis est prædeterminationis, quia possibile est, ut causa libera, non libere operentur, & sic voluntas creata non libere elicere amorem beatificum, nec libere amat bonum in communi; cum ergo per Nostræ prædeterminationis sit destruktiva libertatis; bene illa ut poterit Deus ad destruendam libertatem.

DICENDUM 2. *De facto non dari physicam prædeterminationem.*

PROBATUR. Quia vel daretur respectu causarum necessariarum, & hoc non; quia effectus otiosa, & ageret quod aliunde de se causæ agere possent. Vel daretur respectu causarum liberarum, & hoc non, quod ut probetur, sit

Punctum Difficultatis I.

Proponitur primum Fundamentum contra Prædeterminationem.

PRIMUM FUNDAMENTUM est petitum à libertate. Tota vis argumenti in eo sita est. Quanto ponitur physica prædeterminationis, v.g. ad assensum, non potest ponere dissensus, quia implicat etiam de potentia absoluta frustrari prædeterminationem suo effectu; Ergo tunc prædeterminatus non est in differens ad assensum; Ergo non liberè consentit: Quia libertas est indifferentia ad utrumlibet. Stat itaque vis in hoc Syllogismo. Qui liberè consentit, habet indifferentiam ad assensum, ut suppono ex definitione libertatis, physicæ prædeterminatus ad assensum non habet indifferentiam ad assensum, ut docent Thomistæ; Ergo physicæ prædeterminatus ad assensum non liberè assentitur. Commune hoc fundamentum

PROPONI POTEST I. sic aliter. Posita prædeterminatione physica ad assensum, vel ponitur physica prædeterminationis ad assensum, vel non ponitur. Neutrū dici potest, ergo neque potest dici, dari eadem. Minor prob. Si ponitur, ergo sicut posita prædeterminatione ad assensum non potest non ponere assensum, ita posita physica prædeterminatione ad assensum non poterit non ponere dissensus, consequenter omnis amans Deum, simul illum non amat, merens simul non merebitur &c. Si autem non ponitur, ergo non posset tunc creatura ullo modo dissentiri. Quod ipsum prob. Si non ponatur physica prædeterminationis ad assensum, non potest creatura elicere assensum, ut docent Thomistæ; nam ea completationem causæ libera;

herz; ita posita physica prædeterminatione ad assensum, si non ponatur physica prædeterminatione ad assensum, non poterit dici, quod liberum illi sit, dum consentit dissentire. Et certè in priori illo negatæ prædeterminationis ad assensum non est illi liberum assentiri; Ergo etiam posita prædeterminatione ad assensum, & non posita prædeterminatione ad assensum, in illo inquam priori antecedenteritæ, quæ antecedit positionem determinationis ad assensum, non liberum est illi dissentiri. Unde ulterius colliges, idem argumentum restaurari posse, quod etiam in sensu diviso à prædeterminatione ad assensum, quod inquam, non liberè ponatur assensus; quia tunc non habebitur prædeterminatione ad assensum. Habendum adhuc est præoculis, quod ut salvetur libertas, debeat salvari tunc cum est libertas, ut tunc etiam sit indifferenta, nec sufficit illam ratione diversorum statuum salvari; Si enim libertas est definitivè indifferenta in hoc statu, & pro hoc, in hoc & pro hoc statu debet esse indifferenta: & sicut ad salvandum quod animal sit homo, pro hoc & in hoc statu, non sufficit ostendere, quod in uno statu sit animal, in alio rationale; ita nec sufficit salvando libertatem pro eo statu, pro eo statu nam partem indifferenter, & pro alio statu nam partem indifferenter ponere, quod forte facere deberet, qui vellet solvere præsens argumentum.

CONFIRMATUR I. Prædeterminatione ad assensum v.g. statum libertate & non statutum supponitur, non statutum probatur. Prædeterminatione ad assensum infert necessariò assensum; quia ita determinat, ut non possit non fieri assensus docentibus id Thomistis, ergo non habet cum libertate. Prob. Conseq. Posito quod necessario inferat prædeterminatione assensum, vera erit hæc universalis modalis; impossibile est non fieri assensum; Ergo etiam vera erit hæc æquipollens diversæ appellationis. Neceſſe est fieri assensum: quod hæc sit æquipollens, docet Dialectica, ubi dicitur, propositiones modales fieri æquipollentes diversæ appellationis, si modus universalis vertatur in modum universalis diversæ appellationis, salva qualitate. Utrumque hoc servatum est in præsenti, nam modo impossibile opponitur modus necessarius; Rursus prior illa erat affirmativa; habebat enim & modum, & dictum negatum: æquipollens etiam est affirmativa: quo posito sic urguntur. Posita prædeterminatione, vera hæc est Universalis; Impossibile est non fieri assensum, ergo etiam vera erit hæc; Neceſſe est fieri assensum, sed quando est neceſſe fieri assensum, non est liberum fieri assensum; Ergo si posita prædeterminatione neceſſe est fieri assensum, non est liberum fieri assensum. Subsumpti Ant. Prob. Tunc, quia neceſſarium opponitur libero. Tum quod si de causis manifeste neceſſariis verificata

hæc propositio, neceſſe est ut agant, tollit libertatem, ergo tollet & hæc. Tum quia, si quando neceſſe est fieri assensum, adhuc est libertas ad assensum, nunquam fieri poterit assensus neceſſarius; quia si semel hæc propositio, neceſſe est fieri assensum, non tollit libertatem, nunquam tolleret.

CONFIRMATUR 2. Posita physica prædeterminatione non potest salvare libertas; quia si salvaretur, vel salvaretur ex eo, quod illa posita habetur simultas potentiarum ad oppositum, vel ex eo quod habeatur etiam potentia simultatis ad oppositum: ex nullo horum capite; non ex primo, quia simultas illa prima starer in hoc, quod creatura haberet potentiam in se liberam, hoc autem non salvat libertatem; quia si prædeterminatione esset qualitas etiam coactiva impressa voluntati, adhuc esset simultas potentiarum ad oppositum; eadem enim tunc entitatib[us] maneret voluntas; & tamen tunc non salvaretur libertas; Ergo præcisa simultas potentiarum non salvat libertatem. Rursus posita prædeterminatione non salvaretur tunc libertas per simultatis potentiam, quia voluntas prædeterminata v.g. ad assensum non posset elicere oppositum; Ergo tunc non daretur potentia simultatis ad oppositum. Minor in qua est difficultas, probatur, quia voluntas non potest facere, ne prædeterminatione sit prædeterminatione, faceret id autem, si posset facere, ne (posita prædeterminatione ad assensum) fiat assensus.

CONFIRMATUR 3. Si prædeterminatione stare posset cum libertate, posset stare etiam respectu eorum actuum, quos voluntas non liberè elicet, qualis est amor boni in communi, amor beatificus &c. Sed respectu horum non potest salvare ratio liberi, ergo neque respectu aliorum actuum prædeterminatorum salvabitur. Seq. prob. paritate rationis, quæ ulterius in hoc fundatur. Causa necessaria positis omnibus requisitis in sensu composito, non potest non agere, quamvis in sensu diviso ab illis posset non operari, & tamen hoc non salvat libertatem. Ergo etiam quamvis in sensu diviso à prædeterminatione possit non agere causa, iste sensus divisus non salvabitur libertatem, quam supra ostendimus, non posse salvare in sola entitate voluntatis liberæ. Rursus ut dixi; Quamvis maneat eadem voluntas, quæ elicit actum necessarium amoris boni in communi, nihilominus hæc simultas potentiarum non salvat libertatem; Ergo idem in præsenti dicendum; idque ex eo, quia pro principio, quod nullā instantiā in oppositum convelli potest, assumendum est; nempe, Quando aliquo posito principio non potest non fieri actio, si illud ponere non sit in mea potestate, per illud neceſſario ratio liberi destruerur.

Idem Principium.

PROPONI POTEST 2. sic; Suppositio antecedens, quam ponere non est in mea potestate,

R. P.
H. MŁOD
łanowski
Tom. I. et. Z.

D. VI

state, & quā positiā non possum non operari, tollit libertatem; sed prædeterminatio est talis. Quod prob. ex doctrina Oppositorum; cum enim non oriatur ex suppositione meæ actionis, sed causet meam actionem, necessario habet rationem antecedentis: quod autem prædeterminatione posita non possim non operari, consentiunt oppositi, probarique potest argumentis illorum; quia per prædeterminationem causa prima exercet rationem causæ primæ; & subordinat sibi creaturam; illa est quæ tollit indifferentiam voluntatis; & si prædeterminatio non deposceret positionem ejus ad quod prædeterminat, frustraretur Deus suo intento, indigeretque prædeterminatio iterato prædeterminari. Major prob. Tum, quia aliqua suppositione tollit libertatem, nulla autem consequens tollit libertatem, ergo illam tollere spectabit ad suppositionem antecedentem. Tum, quia inducito, ut jam innui, ostendit veram esse majorem. Tum, quia illa desumitur ex Ansel. l. 2. Cur Deus homo? c. 18. ubi dicit; *Antecedentem suppositionē, & necessitatem præcedentē, esse, quæ causa est ut sit res, sequentem autem necessitatē esse eam quam res facit.*

CONFIRMATUR. Causa libera est quæ positis omnibus prærequisitis potest agere & non agere; sed voluntas posita prædeterminatione non potest agere & non agere, sed tantum ponere partem prædeterminatam. Ergo. Major prob. Tum, quia hæc est definitio libertatis, nec melior dari potest. Tum, quia Aristoteles in Ethicis libertatem definit per potestatem agendi, & non agendi.

Idem Principium.

PROPONI POTEST 3. Positā prædeterminatione ante actionem, vel est homo determinatus non nisi ad unam partem, vel non est? Si est determinatus ad unam partem ante actionem, ergo non est prædeterminatus; quia prædeterminatio ad unam partem non stat cum libertate; Prædeterminatio per illos stat cum libertate: Ergo prædeterminatio non est determinatio ad unam partem; Si autem prædeterminatus non est determinatus ad unam partem, ergo prædeterminatus non est prædeterminatus. Quod ipsum prob. Indifferens ad partem utramque non est prædeterminatus: nam prædeterminatio est inventa ad tollendam indifferentiam, non determinatus ad unam partem, est indifferens ad utrumque; Ergo non determinatus ad unam partem non est prædeterminatus.

Idem sic aliter proponitur prædeterminatio vel constituit actum primum agendi liberè, vel non constituit actum primum agendi liberè? si constituit, ergo prædeterminat, ergo non prædeterminat, qui est modus argumentandi per mirabilem consequentiam. Illata prob. Prædeterminatio si constituit potentiam indifferentem non prædeterminat, sed si prædetermina-

tio constituit actum primum agendi liberè, constituit potentiam indifferentem; Ergo si prædeterminatio constituit actum primum agendi liberè, prædeterminatio non prædeterminat. Minor est definitio libertatis. Major prob. Tum, quia prædeterminatio est inventa ad tollendam, & determinandam indifferentiam. Tum, quia si potest esse aliquis determinatus & tamen indifferens, ergo potest esse imprædeterminatus prædeterminatus. Quod prob. possibile est indifferentem, esse actu prædeterminatum, possibile est non prædeterminatum esse indifferentem, ergo possibile est non prædeterminatum actu esse actu prædeterminatum. Si autem prædeterminatio non constituit actum primum agendi liberè, ergo est prædeterminatio, ergo non est prædeterminatio: quod ipsum prob. Prædeterminatio constituit actum primum agendi liberè, prædeterminatio non constituit actum primum agendi liberè, ergo prædeterminatio non est prædeterminatio. Minor est respondentis. Major etiam prob. quod est per modum principii ad agendum requisiti, & salvat libertatem, illud constituit actum primum agendi liberè, sed prædeterminatio est per modum principii ad agendum requisiti, & salvat libertatem; Ergo prædeterminatio constituit actum primum agendi liberè. Ad hoc solvendum argumentum ægrè recurri potest ad sensum compositum, & divisum: quia in sensu composito cum prædeterminatione constituit actus primus agendi liberè; Ergo in sensu composito cum prædeterminatione deberet posse fieri oppositum prædeterminationis immo in sensu diviso à prædeterminatione, non potest oppositum fieri prædeterminationi; quia hoc evincit iste Syllogismus. In sensu diviso à potentia in actu primo constituta ad faciendum liberè, non potest fieri oppositum prædeterminationi; fieret enim actus secundus in sensu diviso ab actu primo; sed esse in sensu diviso à prædeterminatione est esse in sensu diviso à potentia in actu primo constituta ad operandum liberè; nam constituitur hic actus primus per prædeterminationem; Ergo esse in sensu diviso à prædeterminatione non potest oppositum prædeterminationi fieri.

Idem Principium.

PROPONIT 4. PEREZ. Disp. ultima De Providentia n. 15. Qui necessariò caret aliqua forma, necessariò & sine ulla libertate caret conjunctione hujus formæ cum aliquo effectu posteriori; & ita qui non habet, nec potest habere pecunias, non potest donare pecunias; sed homo non prædeterminatus necessario & sine libertate carer prædeterminatione; Ergo caret necessariò & sine libertate v. g. assensu; quod ipsum paulò latius ita proponit, supponitque ex lib. prior. c. 8. Quod scil. Syllogismus qui concludit aliquid inesse vel non inesse subiecto, concludat

cludat necessariò inesse, si in utraque præmissa abatur modus necessitatis. Exemplum est in hoc syllogismo, omne animal rationale est risibile; Omnis homo est animal rationale; Ergo omnis homo est risibilis: Ut autem inferas, omnem hominem esse necessariò risibilem, sic forma propositiones, omne animal rationale est risibile, & hoc est necessarium, & sequetur omnem hominem esse risibilem, & hoc esse illi necessarium. Quod ad præsens institutum sic aptatur. Nullus homo imprædeterminatus assentitur, & hoc est illi inevitabile, Petrus est imprædeterminatus, & hoc est inevitabile illi; ergo Petrus non assentitur, & hoc est inevitabile Petro. Neque valer si dicas. Privationem prædeterminationis esse nobis liberam. Contra enim est; quia sequeretur pro priori antecedente prædeterminationem, & imprædeterminationem nos esse liberos ad imprædeterminationem, vel prædeterminationem; quod dicimus non potest, cum præcedat omnem nostrum consentium. Hoc ipsum sic aliter proponi potest; vel inest nobis prædeterminatione ante omnem nostrum consentium, vel non nisi post nostrum consentium? Si ante omnem nostrum consentium, ergo non liberè; nam libertatem consensu, seu exercitio libertatis habemus; si autem non nisi post nostrum consentium, ergo potest esse consensus sine prædeterminatione, nempe ipse requisitus ad prædeterminationem.

Variæ Responsiones ad idem principium.

Respondent 1. Thomistæ.

Quamvis in sensu composito cum præterminatione ad assensum non possit sequi ellenius, sufficit quod possit sequi in sensu divisiabili; & sicut dum sedeo, non possum non sedere; sufficit tamen ad libertatem, quia in sensu diviso à se, possum stare; ita idem de prædeterminatione dicendum.

CONTRA 1. Restatur argumentum falso, & quo, in sensu diviso à prædeterminatione quæ supponitur ad assensum; vel habebit prædeterminationem ad assensum, vel non habebit: Si habebit, redit de illo difficultas, quomodo sit libera? accipiendoque totum simul, id est & sensum compositum, & divisum, cum utroque sit & ratio sensus divisi, & ratio sensus compositi, quomodo tunc salvabitur libertas? Idem sic aliter proponitur. Si non datur sensus divisius à prædeterminatione ad assensum, non esset assensus liber, ergo si detur sensus divisius à prædeterminatione ad assensum, non erit etiam assensus liber; quia ipse sensus divisius non importat minus, quam importavit sensus compositus: Sicut enim sensus compositus cum prædeterminatione ad assensum,

importabat sensum compositum ad assensum; ita sensus divisius à prædeterminatione ad assensum, importat sensum compositum ad assensum, restabitque de utroq; simul sumpto, querere quomodo salvari possit libertas? Imaginare quod habere libertatem sit non habere A, imaginare rursus quod quicunque habet sensum compositum, in quantum illum habet, falsum est de illo dicere, quod habeat negationem A, cùm ergo in sensu quoconque diviso, simul sit sensus compositus, non appareat, qui ratione illius salvetur libertas? Sic v. g. actus amoris beati est necessarius; pone in via, hoc est in sensu diviso ab amore beato, elici actum amoris boni in communi, salvabitur ex hoc præcisè sensu diviso prioris illius amoris libertas? Concedi facile potest quod in aliquibus ratione sensus divisi taliter libertas, sed in principiis Thomistarum difficile est ostendere, qui ad hanc classem, in qua diviso salvat libertatem, possit spectare prædeterminatione. Suprà etiam probatum est in sensu diviso à prædeterminatione non posse oppositum prædeterminationi fieri, quia fieret actus secundus sine actu primo, ut ibi dictum est.

CONFIRMATORIUM ex Lessio, & Oviedo. Diversus sensus divisius à prædeterminatione, est diversus ab ea separatus, & existens physica prædeterminatione ablata, sed physica prædeterminatione est existens independenter à voluntate, & hæc illam auferre non potest; ergo non potest voluntas ponere dissensum divisiū à prædeterminatione. Ubi ulterius colligunt diversas has esse propositiones; Justus potest peccare; item, Prædeterminatus ad assensum potest dissentire; prior enim vera est, ratione sensus divisi; est enim in potestate justi peccare, adeoque auferre à se justitiam; non est autem in potestate causæ liberæ auferre prædeterminationem.

CONTRA 2. Communiter urgetur. Tum quia libertas debet esse talis etiam in sensu composito cum prærequisitis ad agendum (modò nondem polita intelligatur ipsa actio) ut possit agere & non agere, ut notum est ex definitione libertatis; ergo si in sensu composito cum prædeterminatione causa libera non potest non agere, liberè non aget. Tum quia eodem jure dici poterit liberè nos amare beatifico amore, item bonum in communi; scilicet ob sensum divisiū, qui potest esse ab his amori bus. Tum quia instantia, quam adfert responso non convincit; quia quod sédens dum sedet non possit non sedere, id sit ex suppositione consequenti, seu ex suppositione actionis, quam positis omnibus prærequisitis poterat non ponere agens, adeoque libere illam agebat; jam autem prædeterminatione non ita se habet; est enim prærequisitum agendi, & suppositione antecedens non desumens suam efficaciam ex

L sup-

R. P.
H. MŁOD
ianowski
Pom. Act. Z:

VI

Tractatus II.

suppositione ipsiusmet usus liberari arbitrii. Tum quia allata distinctio, vel hunc habet sensum, quod scilicet in sensu composito non possit salvare libertas, sed tantum in sensu diviso? & hoc dicinon potest, quia cum in sensu composito sequatur actio, & per te in illo non sit libertas, semper sequetur actionis non libera. Quod si predicta distinctio faciat hunc sensum, in sensu composito haberi libertatem, sed non nisi ratione sensus divisi, tunc explicandum veniret insuper, quomodo potius tunc non dicatur creatura posse esse tantum libera, cum habeat etiam tantum posse ad sensum divisum? Consequenter sicut tunc non habet actu sensum divisum; ita nec habebit actu libertatem.

C O N T R A 3. ex ijs, quae adfert Perez d. ult. num. III. Tum quia nulla actio quae sequitur rei non existentiam est illi non existenti resistentia libera; sicut quis diceret se resistere viribus Alexandri mortui, & tamen vincendum se esse si viveret? Ergo etiam absurdè dicitur nobis inesse vires resistendi prædeterminationi, si solum nobis concedatur potentia ad actionem, quae sequatur post interitum prædeterminationis. Tum quia si in sensu diviso, posset homo resistere prædeterminationi, posset resistere abjectione illius, non existente prædeterminatione; nam abjectio coexistens prædeterminationi est Chimæra, cum de essentia prædeterminationis sit, non repellere nec abjecere, dum existit. Seq. allata admitti non potest; quia si homo haberet libertatem ad abjectionem prædeterminationis, vel haberet tunc libertatem quando sequitur privationem prædeterminationis, eamque supponit; & hoc non, ob rationem allatam; vel haberet libertatem ad hanc abjectionem, quae comitetur, aut præcedat eam privationem; hoc etiam non potest dici, quia alias esset mihi liberum illam abjecere vel non abjecere, ergo quod non sit abjecta pendebit à mea libertate, hoc autem dici non potest: quia prædeterminatione, quam impugnamus est illa, quae præcedat omnem nostrum consensum, & libertatis exercitium. Ex quo ulterius infertur, cum prædeterminatione præcedat omnem nostrum consensum, illam non recipi in nobis liberè, & quod ad illam merè passivè nos habeamus, quod est contra Tridentinum Ses. 6. c. 5.

C O N T R A 4. ex Cartagena apud Fassolii q. 4. n. 399. sequitur ex hac responsione voluntatem creatam in nullo instanti durationis, vel naturæ, immo in nullo signorationis cum fundamento in re, posse esse, ac dici liberam, quod ipsum prob. quia non est libera nisi in sensu diviso à decreto prædeterminante; jam autem per oppositos voluntas creata in nullo priori signo, neque ut completere potens operari, neque ut operatura, aut absolute, aut conditionate, dividitur à decreto prædeterminante, & præ-

cedit illud, sed potius illud sequitur; ergo nunquam à parte rei est libera. Addit Fassolii sequi, ne in sensu quidem diviso esse liberam, quatenus per intellectum consideratur præcisa à decreto prædeterminante; quia ut sic non potest simpliciter operari tanquam sine subordinatione ad generalem primæ causæ concursum, qui secundum oppositos incipit à prædeterminatione.

C O N T R A 5. Tum quia nisi dicatur solum illum sensum divisum salvare libertatem, qui procedit secundum suppositionem ipsiusmet consensus, adeoque ex suppositione consequenti, nisi inquam id dicatur, quidquid est necessarium, in illo salvabitur libertas, ratione sensus divisi, atque ita liberum erit in carcero non incarcерari, caco non videre. Tum quia in sensu composito cum prædeterminatione ad consensum potest consentire Petrus; ergo etiam in sensu composito cum prædeterminatione ad consensum debet posse non consentire; quia consentit in sensu illo composito liberè, ergo in sensu composito indifferenter ad utrumque. Hinc jam formatur ulterius tale argumentum. In sensu composito cum prædeterminatione consentire, & non in sensu composito cum prædeterminatione consentire implicat contradictionem per illos, docent enim sine prædeterminatione impossibilem esse consensum, sed consentire liberè in sensu composito cum prædeterminatione, est in sensu composito cum prædeterminatione consentire, & non in sensu composito cum prædeterminatione consentire, ergo consentire liberè in sensu composito cum prædeterminatione implicabit contradictionem. Minoris secunda pars in qua est difficultas, sic probatur. Consentire indifferenter est non in sensu composito cum prædeterminatione consentire, quia prædeterminatione inventa est ad tollendam indifferentiam, sed consentire liberè est consentire indifferenter; Ergo. In idem recedit argumentum Borrull. n. 561. posse dissentire in sensu diviso est posse dissentire non consentiendo, ut vult Alvarez de auxil. disp. 94. à n. 1. Voluntas unà cum prædeterminatione ad consensum non potest dissentire non consentire, ergo neque potest dissentire in sensu diviso.

DICES cum Joan. à S. Thom. q. 19. d. 5. à 6. n. 39. Quod prædeterminatione non sit in nostra potestate, quasi effectivè, & originativè, est tamen in nostra potestate terminativè, & quoad usum; quia ad hoc terminatur, ut nostra voluntas habeat potestatem & modum libertatis in actu: Quare licet non oriatur à nostra potestate, oritur tamen à radice & causa nostra potestatis & libertatis, quae est Deus, qui libertati nostræ non præjudicat, sed eam cauſat: sicut enim substantia animæ, si habeat influxum in potentiam voluntatis, non destruit ejus liber-

libertatem, sed constituit; quia est radix talis potentiae & habet pro effectu ipsummet actum quod liberum: ita & in praesenti. Docet ulterius idem, nec ipsum actum, nec determinationem ad actum officere libertati, sed solum defectum potentiae antecedenter ad actum; rationemque dat; quia determinatione ad actum non impedire potest in ratione facultatis in se, sed impeditur potest in utramque simul habeat, quod impedimentum non est officiens libertati; ad eum modum, quo dum materia habet unam formam, non destruitur aliquid de facultate, & capacitate ejus ad habendum alias, sed impeditur ne habeat utramque simul: & sicut voluntas determinans se ad operandum unum actum pro alio non ponit sibi impedimentum, sed potius resolvit, & tollit illud, ita idem facit prædeterminatio.

RESPONDE TUR. Si sumantur illa verba, ut suauant, non tolli libertatem prædeterminationem, quia est à fonte nostra libertatis, sequitur argumento multum probari: quia quantumvis datur prædeterminatione coactiva, posset dici alio non libertatem; quia ponitur à fonte nostra libertatis. Item si poneretur prædeterminatione necessitans nos, nondum tolletur libertas, quia ponetur à fonte nostra libertatis. Si autem recurras ad id, quod voluntas diversa sit eminenter nostra, adeoque quod dici debeamus agere liberè, quia Deus agit liberè in nos, eodem jure poterit, quod nos ipsos libere produxerimus, eò quod produixerit nos Deus liberè, in quo eminenter continetur nostra voluntas, & quod posita prædeterminatione necessitante liberè adhuc ageremus: Quia si liberum Deo, illam in nobis ponere. Tum quia illa instantia de influxu animæ non valet; nam etiam anima si influeret in voluntatem concursu determinato non nisi ad unum, tollet libertatem voluntatis. Quod quia fit in praesenti, id est adhuc tolletur libertas. Tum quia instantia de materia prima non convincit, tam aliam sequitur nonnisi divinitus posse nos opponitum prædeterminationi operari; sicut nonnisi divinitus stant secum duas formæ substantiales. Deinde quando materia haberet non sibi hanc formam, non potest nisi hujus formæ operatio fieri, ergo & quando habet prædeterminationem non potest nisi consentire.

QUOD AUTEM DICUNT alii, ex eo in sensu composito non posse componi prædeterminationem ad assensum v.g. quia assensus, non potest tollare in sensu composito cum diffensu contra eum. Tum quia si non tantum ad speciem dicunt, ex eo solum non posse componi prædeterminationem v.g. ad assensum, quia non potest componi assensus cum diffensu; ostendunt operari qui differant à sententia, docente, prædeterminationum divinarum infallibilitatem, desumi-

ex suppositione consensus, verbis enim differt in praesenti ex suppositione consensus, non potest non fieri consensus ab eo quod est dicere, consensus in sensu composito, non potest stare cum diffensu. Tum quia aliud est consensus, aliud prædeterminatione, ergo & alia est infallibilitas prædeterminationis & alia infallibilitas consensus, ergo cum infallibilitas consensus sit ex eo, quia consensus non potest esse diffensus, aut alia phrasim, quia consensus non potest stare cum diffensu, hoc ipso infallibilitas prædeterminationis, non petetur ex eo, quia consensus non potest stare cum diffensu. Tum quia supposito quod ponuntur duo esse actus, consensus & diffensus, aliam divinitus in aliquorū sententia, possunt secum stare; & tamen in nulla sententia, si detur prædeterminatione ad assensum, potest illa stare cum diffensu; Ergo non ex eo prædeterminatione ad assensum non potest stare cum diffensu, quia non possunt secum stare assensus & diffensus. Tum quia prædeterminatione ad assensum, non est ipse assensus, alia aliquid esset ad seipsum prædeterminatione, aliquid ad seipsum adeoque ad nihil. Alias consensus noster non, esset effectus prædeterminationis, alia prædeterminatione illa non salvaret rationem causæ primæ in Deo, alia cæco modo Deus ageret, nesciens ante consensum, futurum esse consensum, cum primum assensu infallibiliteretur prædeterminatione, coacervariq; hæc poterunt omnia argumenta Thomistarum, quod si prædeterminatione ad assensum, non est ipse assensus, quæro, antequam sit assensus cum quo non potest stare diffensus, vel potest non esse assensus, vel non potest non esse, si potest non esse assensus, ergo illud prædeterminatione, non erit prædeterminatione, potest enim esse prædeterminatione, & non esse assensus, critique hoc post tam varias explications prædeterminationis, tandem concedere nostris argumentis, quod ut salvetur libertas posita prædeterminatione ad assensum, possit non esse assensus, idque in sensu composito prædeterminationis. Si autem posita prædeterminatione ad assensum, non potest non esse assensus, ergo non libere fit, ergo infallibilitas prædeterminationis non ex eo sumetur, quia posita assensu non potest esse simul diffensus, sed quia posita prædeterminatione ad assensum, non potest non esse assensus, qui positus jam, & ex consequenti non potest stare cum diffensu.

Tum quia antecedenter ad assensum, cum quo non potest stare diffensus, vel est indifferens voluntas vel non est indifferens, si non est indifferens, ergo non libera, & si non est indifferens, ergo ante consensum est consensus, quia indifferens illa tollitur infallibiliter operari prædeterminatione: infallibilitatem autem operaturæ prædeterminatione, sumit per te ab assensu qui non potest stare cum dif-

L 2 sen-

R. P.
H. MŁOD
Ia nowski
Tom. I. et Z:
VI

sensu ergo si antecedenter ad consensum tollitur indifferentia, antecedenter ante assensum erit consensus. Sicutem est indifferens ergo indiget determinari, non posset autem determinari ad agendum à prædeterminatione; quia ipsa infallibilitas & determinatio prædeterminationis est à consensu, qui non potest stare cum dissensu; & tamen consensus antecedenter non determinat ad seipsum & oppositi non dicent quod voluntas seipsum determinet, consequenter ante consensum cum quo non potest stare dissensus, & erit voluntas indifferens, & non erit indifferens, quod implicat.

Quod si dicas, non ex eo in sensu composito non posse stare prædeterminatione ad assensum cum dissensu, quia assensus & dissensus stare secum non possunt sed quia haber id ex natura sua prædeterminatione; hocque quod non possint secum stare consensus & dissensus, assumitur tanquam instantia illustrans, posse ratione sensus divisi salvare libertatem. Sed id etiam non convincet, estque nonnisi ad speciem ut dixi alatum. Si enim de se habet prædeterminatione ad assensum, ut non possit stare in sensu composito cum dissensu, impugnabitur argumentis propositis contra prædeterminationem. Instantia autem non tenet quia concedimus ratione sensus divisi, si ipse sensus compositus sit ex suppositione usus libertatis vel ratione principii, quod auferre vel ponere situm sit in potestate operantis possit salvare libertas, jam autem prædeterminatione, cum non sit actus creaturæ, non sit usus libertatis, nec sit in potestate hominis illam ponere, positam auferre, qui salvabit libertatem.

Respondent 2. Thomistæ.

Quamvis posita prædeterminatione non potest non agere voluntas, quia tamen ita prædeterminat actionem, ut simili prædeterminet modum agendi liberè, fit ut sequatur libera actio, adducuntque locum S. Thom. i. p. q. 18. a. 8. *Cum igitur, inquit, voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod fiant ea; que Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant quo Deus vult fieri.* Hanc responsonem ubique inculcat Joan. à S. Thom.

CONTRA I. est. Positâ physica prædeterminatione ad assensum, præscindamus ab hoc, quod Deus velit illa, quasi in secundo signo rationis, determinare, etiam ad modum agendi liberè, quæro. Illa ipso physica prædeterminatione independenter ab illa voluntate determinante ad modum liberè agendi, quæro, inquam, An illa physica prædeterminatione in seipso spectata sit causa necessaria, an libera? Si sic spectata, non erit necessaria, ergo immerito rejicitur libertas actus, in voluntatem Dei volentis, ut determinet ad modum agendi liberè, sed regici id deberet in ipsam prædeterminationem.

Rursus si spectata in se prædeterminatione, non erit causa necessaria, ergo poterit agere & non agere, sortiri & non sortiri effectum, quod est contra principia Thomistica; adveniensque voluntas, quæ vult, ut prædeterminatione determinet ad modum agendi liberè, non constituet prædeterminationem in esse inevitabiliter, adeoque necessariò importantis effectum; cum tamen Thomistæ censeant prædeterminationem inevitabiliter ponere suum effectum. Quod si illa prædeterminatione est causa necessaria, nisi accedit prædicta voluntas; ergo Deus non potest velle ut determinet ad modum agendi liberè; quia Deus non vult aliquid fieri a' creature, cuius negationem importat essentiale suum prædicatum (non misceo hic potentiam obedientialem) negationem autem liberi importat causa necessaria; & sicut decretum Deinon potest facere ut formaliter nigrum disgreget vim; quia hanc vim in se negat; sic nec decreto suo faciet, ut prædeterminatione determinet ad modum agendi liberè, si ipsa in se est necessaria.

CONFIRMATUR I. Quando Deus positâ prædeterminatione ad assensum, vult ab illa determinari voluntatem ad modum agendi liberè, vel vult id fieri ita, ut ipsa prædeterminatione in se evadat principium indifferens, vel vult ut solum ex causa in se necessaria, liberè tamen producatur effectus; neutrum dici potest; quod prob, quia si Deus vult prædeterminationem esse in se principium indifferens; ergo prædeterminatione non erit illud, quod ultimò tollit indifferentiā voluntatis, adeoque prædeterminatione non erit prædeterminatione, quæ est complementum efficacis divini decreti, v.g. de assensu, poterit non fieri assensus, cum tamen efficax divinum decretum, impossibile sit non impleri. Quod si in easu responsionis vult Deus, ut causa in se necessaria, determinet ad modum producendi liberè effectum, quæro, Productio illius liberi effectus, vel habet principium sui productivum aliud à voluntate, quod non sit necessarium, sed sit in se indifferens & proportionatum libertati, vel non habet? Si habet, illud vel est prædeterminatione, vel non; si non est prædeterminatione, ergo prædeterminatione erit otiosa, utpote quæ excluditur à ratione comprincipii; si autem est prædeterminatione, ergo non est indifferens. Quod si ille actus non habet præter voluntatem principium sui productivum indifferens; ergo ulterius nec ipsa liberè agit voluntas; quia comprincipium illud tale est, ut illo posito non possit non produci effectus; & tamen libertas stat in hoc, ut positis omnibus comprincipiis, possit nec dum ponni effectus. Et certe assensus petens ab una nonnisi causa produci, non petit, immo nec possit produci ab alia; nam & peteret, & non

non poteret ab una causa produci; hoc autem contradictorum est; ergo & assensus qui petit a sua causa jam positâ cum prærequisitis, fieri, & non fieri, non potest produci à causa, quæ possit, non potest non agere: Talis autem esset prædeterminatio, si esset in se causa necessaria, illustratio posset instantia, si ponatur lumen glorie in intellectu capaci, quod est in se causa necessaria, non potest dici, quod habeat in se vim determinandi ad videndum non nisi v.g. vel liberè, vel nesciendi tantum, probabiliter &c. Item si ponatur prædeterminatio coactiva ad actum, non poterit dici posse illi inesse vim, ut cogat ad modum agendi liberè, ergo idem in praefanti dicendum.

CONFIRMATUR 2. Implicat ut Deus vel fieri à prædeterminatione, quod respectu prædeterminationis implicat contradictionem; sed ut prædeterminatio determinet ad modum agendi liberè, respectu prædeterminationis implicat contradictionem: Quod ipsum prob. quia implicat contradictionem, ut determinet prædeterminatio ad modum non agendi determinate: Hoc ipso enim non est illa prædeterminatio, sed si prædeterminatio determinaret ad modum agendi liberè, determinaret ad modum non agendi determinate; quia libertas dicimodum agendi indiferenter, adeoque indeterminata; ergo determinare ad modum agendi liberè prædeterminationem, implicabit contradictionem.

CONFIRMATUR 3. Si posita prædeterminatione determinaretur voluntas ad modum agendi liberè, & esset ille assensus prædeterminatus, & non esset; esset ut supponitur; non esset autem, quia posset fieri, & non fieri. Idem scilicet proponi potest, de illo actu verum esset dicere, non potest non fieri; est enim prædeterminatus. Verum etiam esset dicere, potest non fieri, quia esset liber; ergo ille actus prædeterminatus, & tamen cum modo agendi liberè, implicabit contradictionem. Et certè impossibilest, quod Deus dum vult aliquid indiferenter fieri, vel non fieri, vellet non nisi fieri; hoc ipso enim contradictionia vellet. Sed si prædeterminaret fieri actum liberum, quod vellet indiferenter fieri & non fieri, vellet non nisi fieri, vellet inquam non nisi fieri; quia prædeterminaret; vellet autem indiferenter fieri, vel non fieri, quia vellet liberè fieri.

ADDO. Non potest Deus facere ut causa necessaria, & ipsa liberè operetur, & determinet ad modum agendi liberè suum comprincipium; præcipue si sit cum vi indifferentiæ autem alteri principio; hoc ipso enim illa causa non esset necessaria, sublativaque indifferente. Idem applica ad prædeterminationem: Consequenter & determinaret tum Deus ad modum agendi liberè ut supponitur, & non determinaret ad mo-

dum agendi liberè: Quia determinaret ad unum.

CONTRA 2. Communiter & bene prob. Implicat contradictionem, ut posita prædeterminatione velit Deus actum liberè fieri, quod ipsum prob. quia & prædeterminaret ut supponitur, & non prædeterminaret. Et certè velle efficaciter, & prædeterminatæ actum liberum, est prædeterminare actum, qui non habeat necessitatem essendi ex causa antecedenti, quæ sit independens à voluntate, respectu cuius dicitur esse liber; Atqui actum esse prædeterminatum, est habere necessitatem ex causa antecedenti, respectu cuius dicitur esse liber, quæ sit independens &c. Ergo velle efficaciter, & prædeterminare actum liberum, est prædeterminare actum qui non sit liber.

CONFIRMATUR. Modus operandi per quem causa libera operetur actum liberum sine libertate, implicat contradictionem: Sed talis modus operandi adstruitur ab hac responsione, quod prob. supponit enim illum fore liberum; quod autem sit futurus liber sine libertate, sic urgetur: Quia ita operari actum, ut eum non possis non operari, & ita, ut non possis oppositum operari, consequenter operari sine dominio actionis, est operari sine libertate; posita autem illa prædeterminatione ad actum, ex essentia illius prædeterminationis sequitur, ut prædeterminatus non possit non operari actum. Deinde si causis necessariis non nisi indifferenter concursum Deus præberet, non posset dici quod faciat illas necessariò operari; Ergo si concursus non nisi prædeterminatus datur causis liberis, non poterit dici eo casu Deum facere, ut liberè operentur.

CONTRA 3. Urgetur ex communi itidem modo nostrorum impugnandi hanc responsionem, qui supponit & bene. Quando queritur, an aliiquid sit possibile? Non esse ad id recursum; An divina sapientia possit invenire modum id agendi, sed prius est necesse pensare, an prædicata illius de quo queritur, sint compotibilia, solvereque rationes in oppositum, alias dici poterit, quod non implicet ut Deus faciat Leo Hominem, eò quod Deus ex sua sapientia possit invenire modum. Jam autem rationes nostræ dicunt prædeterminationem tollere indifferenter, consequenter & libertatem: Hinc prædeterminatio non poterit determinare ad modum agendi liberè, & quoque id non solvatur non potest dici, quod divina sapientia possit invenire modum. Ulterius urgeti solet; Implicat ut aliqua causa necessariò producat actum liberum, quin actus liber, necessariò ab ea producatur: Sunt enim hæc correlative, sed prædeterminatio necessariò producit actum liberum, ut concedunt Thomistæ, ergo actus liber producitur ab illa necessariò; hoc autem dicin non potest, quia de ratione actus liberi

R. P.
H. MŁOD
I nowski
Pom. Act. Z:
D. VI

beri est, ut non producatur necessariò ulla necessitate, quæ non descendat, ex ipso voluntate.

In idem fermè recidit, si Deus prædeterminat, intendit terminum *Necessitatem*, si autem determinat ad modum, ut res fiat liberè, intendit terminum *contingenter*. Conjungantur hi duo termini cum suis definitionibus, formeturque argumentum; Illud est necesse fieri, quod non potest aliter fieri; & illud contingenter, quod potest aliter fieri, ergo juxta respondentes, quando Deus vult actum prædeterminatum sequi contingenter, vult illum ita sequi, ut possit aliter fieri, & simul etiam ita, ut non possit aliter fieri; Ergo Deus vult idem simul esse, & non esse, quod si id distinguis perly diverso respectu; idem facies a si dices eandem Entitatem divisa respectu posse esse hominem, diverso respectu leonem. Omnes haec rationes hoc intendunt, & determinaret Deus ad modum agendi liberè ut supponitur, & non determinaret ad modum agendi liberè; quia illa determinatio aufert indifferentiam, & tamen agere liberè, est agere indifferenter.

Quod autem attinet ad illam Auctoritatem S. Thomi, concedimus libenter Deum habere in sua potestate, modum agendi liberum creaturæ; sed negamus posse id Deum obtinere media prædeterminatione.

Respondent 3. Thomista.

STANTE prædeterminatione salvari libertatem; quia relinquitur judicium indifferentia, potens proponere utriusque partis rationes.

CONTRA 1. Quia non implicat contradictionem dari prædeterminationem coactivam, quæ tamen stet cum judicij indifferentia; Ergo sola præcisè judicij indifferentia non salvat libertatem; quod enim implicat, cum indifferenter judico, eundum esse vel non eundum ad hunc locum, cogime, ut eam, qualitate intrinseca aliqua, ita ut dicam: Indifferens sum in judicio, & non judico tantum esse eundum, & tamen nescio unde fiat, ut non possim non ire. Et sicut aliquis constrictus vinculis judicare potest probabile esse, quod deberet adstringi, nihilominus adstringi vinculis non erit illi liberum. Quod si recursas ex eo non salvari libertatem, quia supponitur aliunde alligatus, duo incumbunt tibi ostendenda, in primis quæ salvari possit libertas universaliter per solam judicij indifferentiam? Deinde cur prædeterminatione cum etiam aliunde ponatur, & non salvetur cum ea libertas nisi per judicij indifferentiam, cur inquam, utpote aliunde imposita salvet libertatem?

CONFIRMATUR 1. Positâ judicij indifferentiâ circa assensum & posita prædeterminatione voluntatis ad assensum, vel est determina-

nata voluntas nonnisi ad assensum, vel non est? Si non est, ergo illic non datur prædeterminatione ad assensum ut supponimus. Si est, ergo illic positâ etiam judicij indifferentiâ non est libertas; quia haec non stat cum determinatione ad unum.

CONFIRMATUR 2. Quando duæ dantur causæ, quarum una trahit, altera retrahit, tunc illam causam sequitur effectus, quæ superat; v.g. Agat frigus & calor, si calor superet fieri calidum, sed positâ physicâ prædeterminatione, & indifferentiâ judicij, ponuntur causæ, quarum una superat hoc est prædeterminatione, quæ quia in se necessaria est, sequitur illam effectus necessarii.

CONFIRMATUR 3. Ponamus alicui revelationum esse, quod habeat prædeterminationem ad arandum Deum, tali quantumvis propounderat indifferenter bonum hoc, quod est Deus, non proponetur tamen indifferenter, quod sit amaturus, vel non amaturus; nec eo casu statet libertas ad amaturum fore; Ergo etiam & alias seclusa illâ revelatione non stabit libertas, quia impertinens est ad libertatem scire vel non scire se esse prædeterminationem.

CONTRA 2. est communiter, libertas non solum includit indifferentiam judicij, sed etiam indifferentiam in ipsa voluntate, quod ipsum prob. Relinquit Deus indifferentiam judicij proponentis motiva sive amandi, sive odiandi; si tamen præbeat concursum nonnisi ad odientium, jam non poterit voluntas amare; Ergo appetere requiri etiam indifferentiam voluntatis; & cum prædeterminatione v.g. ad amorem tollat concursum indifferentem ad non amare, hoc ipso tollet libertatem.

CONTRA 3. Quia ut rectè advertit Fassulus q. 14. n. 401. haec responsio in ipsa voluntate non ponit indifferentiam, consequenter nec illa ipsa ponit intrinsecam Entitatem liberalis; & tamen intrinsecè dicitur voluntas liberalis potentia; in intelligibili enim est libertas intrinseca in voluntate, sine intrinseca indifferentia. Et certè indigeret haec responsio majori explicatione, ne dicant Acatholici, se etiam talen admittere libertatem. Reliquæ non ita universales responsiones ad particularia argumenta respondendo solventur.

Respondent 4. Nazarius.

PRO responsione ejusdem adfero ea, quæ supponit & docet q. 22. a. 4. volens cum prædeterminatione salvare libertatem.

SUPPOSUIT 1. Applicationem ad liberam operationem non à solo Deo fieri, sed etiam à voluntate, quæ applicatio per illum est conatus seu ordo ad operationem, ut nunc exercendam, vel potius actu exercitam; ut excludatur prioritas temporis inter actum, & illam applicacionem;

Disputatio V.

127

nem; quem ordinem dicit esse modum reali-
tar metaphysicè distinctum ab ipsa causa secun-
dum ab solutè, & secundum actum primum con-
siderata. Circa quod

DOCET 1. Respectu applicationis à Deo fa-
ctæ, naturam se habere mèrè passivè, ut etiam
doct: S.Thom. q. 3. de Potentia. art. 7. ad 7.
operatione, inquit, quā Dens operatur movendo na-
turam, non operatur ipsa natura.

DOCET 2. Hanc applicationem à Deo pro-
festam in infiniti naturæ, saltem à quo, præce-
dere non solum operationem voluntatis; sed
etiam applicationem, quā se applicat creatura.
De hac applicatione loquitur Deus Ezech. 36,
& Aug. lib. de gratia & libero arb. c. 16.

DOCET 3. de applicatione ab ipsa creatura
facta, quod sit realiter metaphysicè distincta,
& quod illa applicatione, tam à Deo, quam à se
potest incipiatur ordinem in particulari ad
operationem, cum anteā illum habuerit non
nulli in communi. Hoc Suppositum cum sua
doctrina

NON SATISFACIT 1. quia de illa applica-
tione, in quantum procedit à Deo, & præcedit
i quo, applicationem ipsius creaturae; reddit
quælio, cum illam ponere non sit in nostra po-
tentia, habeatque rationem suppositionis an-
tecedentis. An illa positâ possit non poni appli-
catio à creatura? Si potest non poni, ergo in
principiis illius indigeret ulterius applicari. Si
non potest non poni, ergo tollitur libertas, ut
haecenus probatum est.

NON SATISFACIT 2. Quia tota hæc do-
ctrina multa inexplicata relinquit: Inexplica-
tum est, in quo consistat ordo ille ad operatio-
nem: Item quid sit illa applicatio posita à crea-
tura. Rursus, quomodo illa applicatione posi-
ta incipiat habere ordinem voluntas ad opera-
tionem in particulari, quæ particularitas seu
determinationis sit cum indifferentia agendi,
quam requirit libertas. Denique quomodo ià
gratia efficaci (cujus in talibus habenda ratio)
non habeamus nos mèrè passivè? cum tamen
Tridentinum docuerit in opere conversionis
efficacis indubie, voluntatem nostram non se-
mèrè passivè habere.

NON SATISFACIT 3. Quia concessis omni-
bus, quæ hoc suppositum docet, non infertur
prædeterminationis: Nam potest concedi à Deo
applicari voluntatem, dum completur per illu-
strations, & affectiones, & in ordine superna-
turali per selecta auxilia: Posset concedi hanc
applicationem elevativam factam à Deo priori-
tem esse, quā applicationem factam à creatu-
ra; quia ne pro statu quidem conditionali pot-
est intelligi effectus gratiosus, & non supponens
auxilium divinum. Et post ista omnia ut dixi,
non sequitur dari prædeterminationem.

Suppositum 2. Indifferentiam judicii, & si-
multiam, quod Deus non tantum determinet

ad agendum, sed etiam ad liberè agendum,
supposuit inquam, & Auctoritatibus illustravit.
Sed totum hoc suprà jam refutatum est.

SUPPOSUIT 3. §. Influxum primæ cause,
Quod motus primi moventis prius secundum
intelligentiam nostram modifetur in causa se-
cunda, quam ad movendum impellat; & quia
causa proxima est voluntas, quæ est simpliciter
libera, ideo applicatio, & actio voluntatis est
simpliciter libera. Et quia Deus est causa effica-
cissima, idcirco nostræ voluntatis operatio, ut ad
Deum referatur dicitur infallibilis; quæ infalli-
bilis non repugnat libertati: Nam divinus influ-
xus potest duplicitate considerari: Uno modo
ut recipitur in voluntate & sic est indifferens;
quia recipitur per modum voluntatis, qui mo-
dus est indifferenter se habere ad utrumque op-
positorum: Alio modo ut est adjuvata volunta-
te efficacissima, & sic determinationem habet
infallibilitatem, quæ non repugnat, sed maximè
consonat libertati. Circa quod

DOCET 1. Quod creatæ voluntati duplex
indifferentia convenientia, prima in ordine ad præ-
viam Dei motionem; quæ ad hoc, vel illud il-
lam determinet, & hæc nuncupatur indifferen-
tia passiva: In hac motione nihil agit voluntas.
Altera autem indifferentia convenientia voluntati
ex ejus activa facultate, quæ liberè seipsum ad
hanc, vel illam partem determinat, quæ est in-
differentia activa.

DOCET 2. Hanc ipsam indifferentiam po-
tentia esse duplē; quandam quæ opponi-
tur liberæ determinationi naturali, quæ deter-
minatur aliquid ad unum ex necessitate agen-
dum, ut ignis ad urendum. Altera indifferen-
tia est, quæ opponitur liberæ determinationi,
ac proinde negationem, seu privationem actus
importat, & convenit eo tempore voluntati,
quo non movetur à Deo efficaciter, adeoque
nec seipsum movet ad operandum. Et hæc po-
sterior indifferentia non attinet ad essentiam li-
bertatis: Si enim de ratione libertatis esset, con-
sequeretur esset, tunc non esse illam liberam, cum
ad volendum aliiquid seipsum determinat.

DOCET 3. Quamvis voluntas in priori in-
stanti naturæ determinetur à Deo; possit ta-
men seipsum in posteriori instanti determinare;
quia voluntas duplē habet indeterminationem,
alteram passivam in ordine ad Deum, al-
teram activam in ordine ad seipsum; & ideo re-
motâ primâ indeterminatione per divinæ vo-
luntatis influxum; remanet adhuc secunda,
quæ tollitur à voluntate, liberè seipsum ad ope-
randum applicante. *Hoc suppositum*

NON SATISFACIT 1. Quia videtur hæc
doctrina recedere à communī Thomistarum,
qui non tribuunt voluntati facultatem seipsum
determinandi, eaque propter invenient præ-
determinationem, docetque hæc responsio non
esse determinatam voluntatem ad unum, col-

L 4 latic-

R.P.
H. MŁOD
ianowski
Rom. Act Z:
D VI

latione auxilii efficacis, quod etiam idem Nos docemus. Docet non determinata voluntate ad unum, infallibiliter tamen sequi effectum, quod docemus & Nos. Docet ad receptionem auxilii determinari voluntatem à Deo, docemus idem & Nos, in quo ergo supererit controversia?

NON SATIS FACIT 2. Quia miscet aliqua quæ probari non possunt; Et ita probari non potest, dum ex eo indifferentiam auxilii arguit, quia recipitur in voluntate indifferentie ad agendum: Certè enim necessitans prædeterminatio posset etiam recipi in voluntate, neque tamen per hoc redderetur indifferens.

NON SATIS FACIT 3. Quia hac responsio videtur ad proposita à se consequenter non loqui; nam argumenta allata ab eodem patrarentur retorsionem, quic scilicet salvetur in Deo ratio causæ primæ: Ratio primi determinativi: &c.

Respondent 5. alii Thomistæ.

Quod necessitas, quam adfert prædeterminatio sit necessitas consequens duplice titulo; In primis ex Alvarez disp. 22. & 25. quia necessitas subsequens est, quæ consequitur voluntatem causæ primæ; sed hic titulus non convincit: Quia alias nunquam Deus posset facere necessitatem antecedentem; & est quidem hæc necessitas subsequentis, hoc est causa secundæ, sed non necessitas subsequens; alias titulus ponitur; quia necessitas antecedens est orta ex incompossibilitate alicujus principii cum altero extremo, quod est liberum, consequens autem oritur ex incompossibilitate actu inter se.

CONTRA. Tum quia ex hac Responsione sequitur etiam coactivam prædeterminationem silvare libertatem; quia hæc etiam est componibilis cum voluntate quæ est potentia libera. Quod si dicas non esse componibilem salva libertate; idem nos dicemus. Tum quia illa ipsa prædeterminatio ad consensum antecedenter ad positionem consensus, vel potest non ponere consensum, & sic receditur à Thomistis, instantiæque prædeterminationis; vel non potest non ponere, & sic antecedenter ad consensum jam habet necessitatem, non eritque necessitas consequens. Tum quia per multos possibile est conjungi simul assensum, & disensus; & tamen ex principiis intrinsecis non potest prædeterminationi ad assensum conjungi disensus. Universaliterque quod se habet per modum causæ, est suppositio antecedens.

CONTRA omnes has Responsiones tale potest formari Argumentum. Prædeterminatio, non est Prædeterminatio; Ergo Prædeterminatio non datur. Ant. probatur. Prædeterminatio non destruit indifferentiam voluntatis ad utrumlibet: Quia non destruit libertatem; quæ

definitivè est indifferentia; Prædeterminatio destruit indifferentiam voluntatis: Quia de essentia illius est determinare ad unam partem. Ergo prædeterminatio non est prædeterminatio.

Hoc Argumentum contra distinctiones adferri solitas restaurari sic potest. Prædeterminatio in sensu composito non destruit indifferentiam voluntatis: Quia in sensu composito non auferit libertatem; prædeterminatio in sensu composito destruit indifferentiam voluntatis: Quia ideo componitur, ut ad unam partem determinet. Ergo prædeterminatio non est prædeterminatio. Rursum, Prædeterminatio determinando etiam ad modum agendi liberè non destruit indifferentiam voluntatis: Hoc ipso enim non determinaret ad modum agendi liberè. Prædeterminatio determinando etiam ad modum agendi liberè, destruit indifferentiam voluntatis: Quia ita determinat ad modum agendi liberè, ut determinet ad modum non agendi liberè: Quia determinat ad modum non agendi indifferenter. Ergo prædeterminatio non est prædeterminatio. Denique, prædeterminatio quæ compatitur secum non nisi judicium indifferenter proponens, non destruit indifferentiam voluntatis: Quia hæc indifferens propositio non destruit libertatem: Prædeterminatio quæ compatitur secum non nisi judicium indifferentiam, destruit indifferentiam voluntatis: Quia dicitur, quod tota sit indifferentia in propositione objecti; libertas autem tenet se à parte voluntatis, adeoque & indifferentia ejusdem. Ergo prædeterminatio non est prædeterminatio.

Variae Instantiae contra idem principium.

Difficile est eas solvere, nisi attingantur aliquæ Instantiae etiam Theologicæ.

I. INSTANTIA est Alvarez. Revelatio actus liberi futuri essentialiter connectitur cum objecto revelato, illudque antecedit, & nihilominus per catholicam Theologiam, libertatem non destruit; Ergo nec prædeterminatio destruit.

RESPONDENTUR. Negando conf. quia infallibilitas, adeoque determinatio ad id unum, quod revelatur, desumitur non præcisè ex ipsa ratione revelationis, sed desumitur ab eo, quod erat in potestate; nempe ex ipsa futuritione actus, quem ponere vel non ponere erat in potestate nostra: Non enim ideo res erit tanquam à priori; quia Deus revelat; sed ideo revelat, quia erit: Ut dicitur in materia de Scientia: Jam autem determinationem ad unum non desumit prædeterminatio ex ipsa futuritione actus: Non enim ideo est efficax prædeterminatio, quia est actus futurus, sed potius ideo est actus

actus futurus à priori, quia prædeterminatio est efficax.

2. INSTANTIA est, quam cum reliquis Thomis usurpat Joannes à S. Thoma q. 19. d. 5. a. 5. n. 1. Christus D. ut homo fuit prædeterminatus à Patre ad opera sibi præcepta, v. g. ad moriendum, & ad præcepta naturalia, idque exigit titulus ipse unionis hypostaticæ; & tamen liberè obedivit, & passus est. Si enim non liberè, qui virtuosè? Cur ergo etiam nostra libertas non poterit salvare polita consimili prædeterminatione?

RESPONDETUR. Christum D. per obseruantiam preceptorum naturalium non esse meritum, nec ad illa non servanda supposita unctione habuisse libertatem, sed meritum esse donum per electionem horum potius, quam illorum minus objectivè perfectorum actuum. Quod autem attinet ad præceptum moriendi, scilicet in nostris principiis salvatur per hoc liberè, quia illud præceptum non est formatum, nisi preconfusa libertate Christi D. per scientiam conditionalium, advertentem, quid esset voluntarius Christus D. agere, proposita sibi inifferenter Patris voluntate; viisque ejus determinatione v. g. ad moriendum, sequutam esse prædefinitionem mortis, & præceptum v. g. moriendi. Alii id salvant, quia poterat petere dispensationem, ne v. g. moreretur, quia non est determinatus quoad tempus &c.

3. INSTANTIA itidem communis est. Confirmati in gratia non possunt peccare, estque in illius necessitate antecedens; & tamen liberè non peccant, liberè merentur, &c. ergo & prædetermination non destruet libertatem.

RESPONDETUR. Negando confirmationem in gratia esse necessitatem antecedentem, siquaque ex eo, quia confirmatio in gratia nihil aliud est, quam preparatio mediorum semper efficacium respectu impletionis preceptorum, vel non facienda omissionis graviter peccamine; quidquid sit tunc istius præparationis deinde aliqua Entitas positiva in anima, quasi obiectus illius, sive non; cum autem efficacia medium non sit quid antecedens natura sua efficax, sed communius Nostris docent, est dependens suppositione conditionata consensu, hinc & illa confirmatio, non erit simpliciter suppositio antecedens. Quod autem absolute loquendo confirmati in gratia peccare possint, innuit S. Paulus, qui cum ceteris Apostolis censetur esse confirmatus in gratia, inquietabat tamen; *Cogito corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte reprobis efficiar: Jam autem confirmatione in gratia, que sit noui præconsulto arbitrio libero confirmati, à Nostris negatur, posse dari, salva libertate.*

4. INSTANTIA. Electio unici medii ad aliquem finem consequendum est necessaria, & non potest non esse, ex suppositione intentionis intendentis finem; & tamē est libera: Imperium item antecedit actum imperatum; & tamen salvā libertate, quamvis ex suppositione imperii efficacis, non possit non esse actus imperatus; ergo & prædeterminatione, salvā dabatur libertate.

RESPONDETUR. Quia electio unici medii; imperium item efficax desumitur ex suppositione alicujus pendentis à nostra potestate, fit, ut antecedentia utriusque, sit, salva libertate: Sicut enim ex suppositione, quod aliquid velimus liberè, non possumus illud non velle; quia tamen hanc determinatio ipsammet determinationem voluntatis dicit, quae est in potestate determinantis; ideo illa necessitas stat cum libertate. Ex eodem principio electio unici medii, imperiumque efficax salvabit libertatem. Sunt qui negent in his libertatem.

5. INSTANTIA. Obsecratio, & obduratio est suppositio antecedens; & tamen salvat libertatem; ergo idem dicendum de prædeterminatione.

RESPONDETUR. Obsecratum, & obduratum etiam in sensu composito posse non peccare: Quia adhuc datur illi titulo divinae providentiae auxilium, cum quo posset resistere; licet in peccato non detur illi gratia efficax, cum qua de facto resistat; sitque in circumstantiis, in quibus moraliter illi difficillima redditur conversio ad Deum.

Præter instantias quas ex Thomistis attulimus, possemus adferre Instantiam ex nostris principiis. Impossibile est sine gratia ponere auctum impletivum præcepti, quia sit meritivus de condigno: Meritum enim de condigno supponit gratiam. Impossibile item est (saltem viribus naturæ) positâ gratia non ponere auctum impletivum præcepti, adeoque meritivum de condigno: hoc enim ipso expelleretur gratia; & tamen illud præceptum expletur liberè; ergo & consensus liberè ponetur cum prædeterminatione; quamvis non possit non pon.

RESPONDETUR. In primis disparitatem esse; quia liberum est homini ipsum illud principium auferre, quod est gratia; hinc ejus positio non adfert necessitatem; non est autem homini liberum auferre prædeterminationem ad consensum ante consensum. Deinde etiam dici potest, quod liberum quidem sit homini ponere impletionem præcepti, sed non est illi liberum supposita gratia, ne impletio illa libera, reddatur meritoria de condigno. Et hanc responsio suo modo negat Antecedens.

Duas alias instantias vide de gratia D 5. Q 3. D 2. P 2. sub finem.

Pun-

R. P.
H. MŁOD
i nowski
Tom. I. et Z.
D. VI